

/ Admodum Rev/de Pater. Vere non fui dignus ut R.V. intraret sub
tectum meum; et ideo Deus abstulit illi memoriam; alioqui~~us~~valde cu-
pivissem ut R.V. restitueret mihi visitationem et benediceret mihi,
antequam discederet. Spero tamen nos brevi simul futuros in patria,
5 Reverentiam Vestram ex meritis suis, me autem ex sola gratia et mi-
sericordia Dei; quamvis enim peccator sim ,sum tamen bonorum servo-
rum Dei amicus et frater. Libenter orabo Deum nostrum pro felici i-
tinere R.V. in Siciliam, et postea tempore suo ad regnum Dei. Idem
vicissim pro me faciat R.V. ut ego quoque prosperum iter habeam ad
10 domum Patris et Domini Nostri. Amen. Romae die 15 fevruarii 1616

R.V.

Servus in Christo

Robertus cardinalis Bellarminus.